90

120

permittitur · maneat sine uxore · aut reconcilietur
uxori · Non enim male dicet uir mulieri · que
cum lapidare nemo ausus esset · dixit ei dominus ·
Vade et uide ne inceps iam pecces · Quia et dicit ·
non licet dimittere uxorem · nisi causa forni
cationis · Cogit retinere uxorem · si causa fornicationis
non fuerit · Si autem fuerit non cogit dimittere
sed permittit sic dicens · Non licet mulieri nube
re alteri · nisi mortuo uiro · Si ante uiri mortem
nupserit · [illegible] rea est · Si post uiri mortem
nupserit non est rea · Non enim iussa est nube
re sed permissa · Si ergo par forma est in isto iure
coniugii inter uirum et mulierem · usque adeo ut
non tantum de femina idem apostolus dixerit · Mulier
non habet sui corporis potestatem · Similiter et uir
sui corporis potestatem non habet sed femina ·
Si ergo similis forma est non oportet intellegi li
cere mulieri uirum dimittere · nisi causa fornica
tionis · sicut uiro · Considerandum est itaque quate
nus fornicationem intellegere debeamus · et consulen
dus ut coeperamus · Apostolus enim sequitur et dicit ·
Ceteris autem ego dico · non dominus · Hic primo uidendum est ·

Heiligenkreuz 217, fol. 120r

120 r

inuestigare potuerunt · quod a sinodale ministerium ·
t epi aut ministri sui qui uice eius fung̃t pertineat
ad inquirendum · uel emendandum pleniter et fideliter
ducant · Postquam aut̃ iurauerint collige eos seorsum
et rationabiliter interroga · In primis de aecclesia si sit a
mat̃ aeccta · Aut si ei plenaria dotalium conseruent̃
iura · Id ẽ integer mansus · t plus · uinea · aut mancipia ·
uel quicquid legali traditione possidere debeat · et
ex quibus locis et uillis ad eandem aecclesiam decimã dent ·
Et si aliquis eorum quicquam ex his retrahat quod ad ęcclesiam
iuste pertineat · Tunc uero de presbitero interrogandum ẽ ·
qualem uitam ducat · si se castum in suo ministerio exhibeat ·
si habeat secum subintroductas feminas unde suspitiosus
sit · uel malę famę · si nimis ebrietatem sectetur ·
Si in ipsa ebrietate flagitia soleat committere ·
Si sit culpabilis in periurio · si furiosus · si usurarius ·
Si uenationem exercens · Si laicalem habitum plusquã
clericalem · in consuetudinem habeat · aut quicquã
huiusmodi quod canones modis omnibus amputant ·
Si aecclę sibi commissę et populo debitum exhibeat seruitiũ ·
In missarum celebratione matutinę et uesperę · Si ob
eius neglegentiã infans aliquando sine baptisterio
perisset · uel signaculo · si infirmos oleo sc̃o uisitando
procuret · Et defunctis debitum sepulture persoluat ·

143 r